henſibilem: et cuſtodi baptiſmũ tuũ: vt
cũ venerit dñs ad nuptias poſſis ei oc-
currere vna cũ ſanctis in aula celeſti: vt
habeas vitam eternã ⁊ viuas in ſecula
ſeculorũ. Amen.

Ordo ad baptizandũ infirmũ infan-
tem quãdo proximus eſt morti. Oremꝰ

Medelã tuã deprecor dñe ſancte pa
ter omnipotens eterne deus: q̃ ſubuenis
in periculis: qui temperas flagella duꝫ
verberas: te ergo dñe ſupplices depreca
mur: vt hũc famulum tuũ. N. eruas ab
hac infirmitate: vt nõ preualeat inimi-
cus vſq₃ ad aĩe tentationem ſicut in iob
terminũ ei pone: ne inimicus de anima
iſta ſine redemptiõe baptiſmatis inci-
piat triũphare: differ dñe exitũ mortis:
et ſpaciũ vite extende: releua quã perdu-
cas ad gratiã baptiſmi tui. Et impoſi-
ta manu ſup caput eius dicat Nec te la